Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8263
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

floriani tamen ea iuste ordinat sic
dicit Augustinus quod deus bonas volunta
tes adiuvat malas iudicat omnes
ordinat faciunt ad hoc xxiii q. i. quid
culpatur et xxiii q. v. § hinc notandum
Vel aliter dicendum est quod aliud est ptas
aliud usus potestatis ar. xvi q. i. §
Ecce in hoc capitulo // Potestas igitur
omnis bona est et ideo a deo est. Usus
aut potestatis aliquando est malus et is
non est a deo. et quia regnare est
potestate uti Ideo dicitur de quibusdam
male utentibus ptate predictum viii
Osee Ipsi regnaverunt et non ex me Un
glo sup eodem non apostoli non est ptas
nisi a deo ait Non est ptas alicui hom
bono vel malo nisi a deo data Unde
pylato dominus ait Non haberes in me
potestatem nisi tibi datum esset desup
Joh xix malicia in hominum cupidita
tem nocendi per se habet. potestatem
aut si ille non dat non habet Nocen
di enim voluntas pot esse ab homine aio
potestas aut non est nisi a deo. sic igitur
potestatis usus malus non a deo est
ptas autem cum sit bona est a deo et
ideo mala potestas non dicitur ex deo
regnare quia male utitur potestate
bona vero econtra ex deo regnat quod
potestate bene utitur in hoc deum imita
do. Nam sic ait Gregorius super illo
Job xxxvi Deus potentes non abicit
cum ipse sit potens. Deum quippe imi
tari desiderat qui fastigium potencie
alienis intentus et non suis laudibus
administrat qui prelatus ceteris prode
sse appetit non preesse ad hoc viii q.
i. qui episcopatum et hoc est bene uti po
testate // Vel aliter dicendum est
sicut dicit ysidorus iii libro de summo
bono quod bonam malamque potestatem deus
ordinat sed bonam propicius malam
iratus. Reges enim quando boni sunt
muneris est divini quando vero mali sunt
sceleris est populi secundum enim meritum ple
bium disponit rectorum vita testante Job
xxxiiii qui regnare facit hominem ypo
critam propter peccata populi Irascente enim deo
talem rectorem populi suscipiunt qualem pro peccato
meruerunt viii q. i. audacter

Ro declaratione ducere

videndum est que regna sint
bona et iusta et que non // Circa quod
sciendum quod secundum augustinum iiii et v li
de Civitate dei Regna non fato non
casu non a falsis dys existunt. sed ordina
ta sunt veri dei providencia in cuius ma
nu sunt omnes potestates et omnia iura reg
norum. sed quia sub providencia dei sunt
non solum bona sed etiam mala. licet
diversimode quia bona efficit mala
vero permittit et ex ipsis bona elicit
ideo ulterius est videndum an iura
regnorum sic sint sub dei providencia
sicut mala vel sicut bona. Sciendum
est ergo quod esse in hominibus regna
et regiminis ptatem bonum est et expe
diens humano generi Nam per igno
ranciam que est in humana natura
non sufficit hominum regimen proprie ra
tionis propter quod expediens est ut
hominum societas qui in pluribus non
sufficiunt regere se ipsos regantur et di
rigantur per aliquem vel per aliquos qui
pre alys vigent sciencia prudencia in
tellectus unde mathei x°. Estote pru
dentes. etc. xxxvi di § ecce Item
propter maliciam humanam homines ma
la operantur et sese invicem ledunt Ideo
expedit aliquos aliorum esse rectores
per quos homines cohibeantur a malis
xxiii q. v. non frustra di iiii facte in
prohemio decretalium Rex pacificus
et in prohemio clementinarum Johannes
episcopus Item propter amorem hominum ad
se ipsos singuli querunt propria commo
da. se ipsos amantes et que sua sunt
querentes. ii ad thimotheum iii ad phil
ii viii q. i. sunt in ecclesia // Opor
tuit ergo esse aliquos gubernatores
comunitatis qui quererent et procura
rent bona comunia vii q. i. scias
xvi q. i. nos autem // Item in omni mul
titudine oportet esse aliquod regimen
per quod multitudo regatur presertim
quia homo est animal sociale et comu
nitatum Societas autem et civitas non
servatur sed dispergitur si non sit aliquis cu
ram habens. De comuni bono multitu
dinis et societatis dicente salomone